

una cum ordine lectione. Clasicarum, si grave non sit,
mitti mihi ab te velim. Tu vicissim Collegii nostri statuta
accipies à me, ubi voles. Bene vale. Heidelbergae Calend.
Octobris Anno 1592. Juliano.

292)

D. Ludovico Comiti Witgenstenio, Magno Aulæ
Palatinae Magistro.

Si, Illustris et Generose Comes, questio de homicidio, quæ capi-
talia fuerint lege Dei, quæ recas: ad forum duntaxat Mosaicum
pertinere videtur, et nostri Judices non Mosæica, sed sua
sua legibus judicare debent: tamen cum lex homicidiorum jam
tum ante divisionem gentium ab ipso mox diluvio à Deo pro-
mulgata, postea vero genti Judaica commendata definitaq; sit
variis circumstantiis ad iudicij rigorem et exactitudinem perti-
nens: dubium esse non potest, quin ex ipsius natura communis
justitiæ et æquitatis fonte ortum suum habeat, eoque pro
vincissimâ juris nostri positivi regulâ merito censeatur.
Rectè igitur faciunt Christiani Magistratus diligenter inquir-
rentes, omnino an aliqua homicidia, et si aliqua tantum
quonam lege divinâ olim capitalia fuerint? Quamquam
de hac questione Theologi non pauci, et in his Wolfgangus
Muscus eruditè et diligenter passim disternerint; cumprimis
tamen vir iste doctissimus quisquis sit, cujus iudicium Illustris
Generositas Tua ad me misit, rem totam quasi compendio, ex
cap: XXI. Exodi et cap: XXXV. Numer: tanquam ex propriis
argumenti sedibus videtur comprehendisse: quibus proinde omnino
ego quoque subscribere non debito, si pauca quædam vel addenda
alibi vel explicentur plenig. At primum iudico omne ho-
micidium sive eadem peccatum esse, neq; has voces unquam
in laude poni debere. Questio igitur non est, utrum omne ho-
micidium sit peccatum. Cum n. omne homicidium seu cædes
lege Dei

lege Dei prohibeatur, dubio procul peccatum est coram deo, quicquid de hoc 1592.

quid venit hoc nomine, sive puniatur in foro civili, sive non puniatur. Proinde sic definiendum est homicidium, ut ex toto genere et definitione homicidiorum excludantur supplicia publica, quae à Magistratu per legitimum iudicium aut bellum facinorosis vel perduellibus irrogantur, id quod author iudicii huius rectè etiam observavit. Quæstio verò est. An omnia homicidia sint peccata capitalia lege divina: hoc est, an de quolibet in foro Mosaico omnia supplicio capitali plecti jussit: an aliqua tantum et quænam? Responsio non obscura et vera est, quod non omnia, sed quædam tantum capitalia fuerint. Ceterum, ut quænam talia fuerint, quæ non fuerint, manifestum fiat: Definitionem et distributionem homicidiorum considerandam esse, idem hic author rectè censet: Ac in definitione quidem, quam ponit, aliud non desidero, nisi quod in fine adjici velim has voces:

Per se et per aliam: ut simul includantur homicidia mediata, qualia à falsis testibus et iudicibus; item machinatoribus soli mali, impulsoribus, consultoribus et sociis cædis patrantur. In percussione verò explicatione, eandem ob causam, actionibus eodem afferentibus annumerandum videtur falsum testimonium et iudicium, dolus quidam malus, suggestio cædis etc. Hæc enim omnia etiam in foro sunt homicidii species: imò ipsa voluntas in sicariis pro cæde habetur, et horum authores pro homicidis jure habentur, licet non omnes in foro sic puniantur. Lege enim Cornelia doli pro facto accipitur, et qui telum hominis occidendi causâ gestaverit, reus habetur. Ac nota sunt sententia juris: In maleficiis voluntatem non existimari: item. Non interesse, occidat quis, an causam moris præbeat? Distributio rectè ex principiis seu causis homicidiorum sumitur: quia causæ impulsivæ et finales faciunt

actionum discrimina. Ex his septem homicidiorum species
author colligit. Sed plures esse possunt: quia voluntarij homi-
cidij impellentes causa non tantum sunt quatuor: odium, spes
lucris, ira et defensio; sed plures, verbi gratia: Testes illos fa-
sos contra Susannam nihil istorum proximè impellebat, se-
met, turpitudinis ac supplicij, si prior illa facinus ipsorum
proderet. Multos sola dyptiōtys, malitia seu natura pra-
vitas ἐπιχρηστικὸς vel latana impulsus ad eadem invitavit.
Vidi egeret anno 1573. adolescentem annorum circiter
xvi. admodum protervum gladio feriri Alcea, quod Franche-
alium adolescentem Joannem crudeliter necasset, cultro percu-
puit adhibito lapide capulo tenus aliquoties adacto, nullo
altercatione aut spe lucris. Qui interrogatus, cur fecisset, re-
spondit, sanguinis eruptione adeo se delectatum. Possunt
et plures haud dubie causa existere in homicidio propter
deliberato. Quare cum causa omnes enumerari ex-
sint, ego quidem duas illas primas homicidij voluntarij spe-
cies ad unam revocarem, prout author quoque in appli-
catione ad leges postea conjunxit: quia de omni homicidio
deliberato quocumque modo, impulsu vel fine patretur, id
est iudicium: alioqui tot species ejus enumeranda essent,
quot sunt causa impellentes. Ad omne igitur homicidium
deliberatum, hoc est, malitiosè factum lege dei capitaliter
erat, sive casus illico moveretur, sive paulo post, nec
admittebat lex ἐπιχρηστικὸς vel excusationem ullam, quia
etiam ab altari abstrahendus fuit talis homicida Exod. XXI.
Num: LIII. 20. 21. et 31. Huc refero falsos testes, quorum te-
stimonio impulsus iudex damnavit innocentem. Nam et hi
deliberata malitiā hominem occidebant. Itaque expressa
lege poena capitalis vel certe talionis irrogatur Deut. XIX.
Item de falso iudice superiore habente Magistratum, qui
deprehensus scelere legitimè in eum animadvertere posset,
iudicatum fuisse arbitror. De suavoribus, consultoribus
impulsoribus

impulsoribus, aliisve sociis cedis. Lex divina nihil expressit.
Sed eadem lege etiam hos teneri, finis ostendit, ibidem expressit.
ut tollas malum e medio tui, et reliqui timeant. Sedem à vin-
dia sanguinis factam, de qua Num: XXXV. 19. 26. 27. et Deut XIX. 6.
excepit auctor in primâ specie. sed non videtur fuisse ho-
micideum deliberatum, quod subito ebulliente vindicta
cupidine in reum obvium admitteretur. Itaque ad volunta-
rium subitaneum potius referetur, ut postea monebo.
Atque sic lex divina catholice, sine exceptione, capite mul-
tavit omne homicidium deliberatum quocumque modo, sine
et impulsu factum. Homicidii voluntarii subitanei duæ
species ponuntur: una, cum percussio fit ex ira, altera cum
defendendi studio. Prior, quæ tertia in ordine est, capitalis
fuit: si recte iudico: ex lege Num: XXXV. 16. 17. 18. 20. 21. non
autem ex lege Exod: XXI. 18. 19. 20. Hæc n. lex cum sua exceptione
de percusso non statim moriente ad sextam cedis speciem per-
tinet, quæ fit in rixa citra occidendi propositum. De poste-
riore, quæ numeratur quarta, nec ego expressam Dei legem
reperio. Obscurius tamen videtur, si impunitas ejus ex lege,
de vindice sanguinis propinqui deducatur, cum utriusque casus
sit evidens dissimilitudo. Nam vindicta quidem permissa fuit
permissa fuit propinquo, sed non approbata lege. At moderamen in-
culpata tutela, quod vocant, contra latroem est juris natura, nec
permisum modo, sed et præceptum in lege. Non occides. Quare et leges
civiles, privatos publicâ authoritate armant contra grassatores
in casu necessitatis, ubi nec Magistratus vel aliorum haberi potest
defensio, nec effugium patet. Multo verò clarius deducitur hæc
impunitas ex lege de fure nocturno, quem qui pro grassatore
interfecisset, reus non erat Exod: XXI. 2. Si in effusione depre-
hendatur fur: nempe noctu, ut ex sequente versu patet: et percussus
morietur, reus cedis ne esto percussor. Ceterum ut quid mihi de

hoc homicidiorum genere ex verbo dei videatur, non dissimulandum
ex triplici fine tres ejus species constituerem, unam nocendi, alteram
vindictam, tertiam defendendi causam factam. Cades noxalis
causa, seu ex cupiditate nocendi et occidendi quovis instrumentis
facta citra exceptionem capitalis erat, sive cogs liber esset, si-
ve servus, sive statim, sive paulo post exstingueretur: ex lege
Num: XXXV. 16. 17. 18. 20. 21. Nihil enim interest, occidat quis,
causam mortis praebeat, dummodo voluntas occidendi adsit. Ca-
des vindictae sanguinis propinqui causa facta privilegio
divino capitalis non erat. Num: XXXV. 19. 27. si propinquus
inimicitiae injustae vel fortuitae cade propinqui, occisorem
extra asylum deprehensum interfecisset in primo fervore. Ad
hunc enim lex restricta videtur, si nimirum vindex prius in oc-
cisorem incidisset, quam hic in asylum se recepisset. Postquam enim
eo fugisset, tum cautum ei fuit de periculo; et interim defer-
vescere potuit ac debuit vindicis nemesis sive cupiditas: aliunde
non subitanea sed deliberata proinde capitalis futura erat
cades, si privato impetu extra asylum forte deprehensum
interficeret. Existimo igitur, si occisor ante tempus deserto a-
silo in vindicem incidisset, non licuisse vindici privato impetu
extra asylum secum tollere, sed testibus adhibitis seu testimo-
niiis legitimis prius convictum. Mit Recht soll der Hülfs-
mordverurtheilte. Et sic intelligo cum nostris interpretibus lo-
cum Num: XXXV. 30. Quicumque, nempe iudex vel vindex, percussus
fuerit aliquem, ex sermone testium occidet occisorem. Cades
denique cum moderamine inculcata tutela admissa in latrone
et grassatore, omnino cades non est appellanda, sed legitima
periclitantis defensio, et iustum cogs supplicium: quia tunc leges
armant periclitantem publicam auctoritate. Et talis defensio
eadem est, quae iusti belli censenda ratio: vel certe non est cades
voluntaria, quia interficiens grassatorem non habet apud se
fundendi sanguinem alienum, sed servandi vitam propriam.
neg

neque homicida est, neque poenam ordinariam vel aliam meretur,
ex lege de fure nocturno, ut prius dixi Exod: XXII. 2. Ad quintam
speciem quod attinet, cades fortuito vel casu, ut loquimur, per erro-
rem vel ignorantiam citra insidias, rixas, odium, iram facta, capi-
talis non cepebatur ex lege divina: fuit tamen, ut occisor sibi ca-
veret à vindice, atque in asylo ad obitum usque Pontificis se contine-
ret. Poena ergo fuit exilium temporarium Exod: XXI. 13. Num: XXXV.
11. 15. 22. Deut: XIX. 4. Et si verò lex de cadibz merè et non merè capi-
talibz non determinet, sed omnibz promiscuè per asyla de capitali
poenà caveat: tamen cum nihilominus causam fugientium in eà
diligenter ventilari præcipiat Num: XXXV. 24. dubio procul non ab
omni culpâ et poena omnes promiscuè absolvit, eos propterea reos,
in quibz aliquid cause adversi casus haberet: ut si quis telum impe-
rite aut negligenter, aut intempestivè. tractans interficeret adstan-
tem vel transeuntem: si ebrius cadens puerum opprimeret etc. Certe
Aristoteles ipse in Ethicis non excusat, sed dupliciter accusat ebrium
peccantem. De homicidio involuntario per rixam vel iram patrato
quoniam idem Aristoteles pro involuntario non habeat, quod
ex ira et cupiditate fit Ethic: 3. cap. 1. ὁ καλῶς λέγει, inquit, ἀ-
καθάρτα εἶναι τὰ διὰ θυμὸν καὶ διὰ ἐπιθυμίαν: ibidem, per iram,
inquam, patrato in eo, qui petebatur, sed non occidendi proposito,
proprie loquitur lex illa de rixantibz Exod: XXI. 18. 19. 20. 21. et evi-
dentem sanè ἐπιθυμίαν habet, quam de pernicacia populi judici
haud dubie donavit et indulgit. Hoc solum enim capitale erat, si
per rixam cõsus quisquam illud expiraret, siue servus esset siue
liber. Nam etiam et quidem multò magis de cõso libero et de
servo alieno intelligendam esse legem Num: XXXV. 21. evincit lex
capitalis de cõso servo proprio Exod: XXI. 20. Sin verò cõsus non
expiraret illud, sed post diem unum aut alterum ex vulnere. si-
pione nixus prodiret: capitaliter non vindicabatur in percussio-
ne, sed arbitraria poena erat satisfactio pro assatione et
medicatione, si cõsus esset liber aut servus alienus; sin proprius,
hery planè impunis erat. Sic igitur ἐπιθυμία siue exceptio ejus

legis non ad solos servos pertinebat (quod Buthor annotavit: sed ad quosvis. Nam versus 18 et 19. de personis liberis et servis alienis; sequentes vero 20 et 21. de servis propriis satis manifestè iudicio meo loquuntur. In septimā specie libenter accedo communi interpretum nostrorum sententiæ, quod lege dei capitis poena statuitur ei, qui in rixā adversario petens telo vel pugno, apertum ejus vel alterius gravidam fortè intercedentem percutiat, ut sequatur abortus et mors vel foetus vel matris, vel utriusq. Intellego autem de foetu, qui ex percussione mori possit, quia dicitur: si mors sit: hoc est, non de informi adhuc embryone, sed de jam formato et vivente: ut etiam Graecus interpretes reddidit: τοῦ παρὰ τὸν ἐκκορυμμένον, et pro Hebræa voce. יָדָא quæ ambiguit aliā mortem, aliā periculum significat. Chaldaei Paraphrastes posuit vocem שָׁדָא, quæ tantum de morte intelligitur. Quod itaq; in textu dicitur, si mors fuerit: primum ad foetum viventem, qui mori possit, deinde ad matrem refertur. Utriusq; mortem vindicari capitaliter deus iussit. Si ex percussione non mors, sed membri alicujus mutilatio aut lesio in foetu vel matre secuta esset, poenā talionis tenebatur percussor; si nihil horum, sed matris tantum infirmitas aut morbus, multabatur arbitrio mariti et iudicium. Exod: XXI. 22. 23.

Atq; hæc sunt, Generose Comes, quæ mihi de hæc questione ex verbis dei nunc occurrunt. Plures homicidiorum circumstantias Dubio procul olim experientia obtulit, et hodiè offert. Sed de his solis deus leges scepit, quia de similibus vel non multum diversis haud difficulter ex his iudicari poterat. Peto autem mihi ignosci, si moram in expediendo responso feci. Eam enim veris impedimenta mihi attulerunt: et in his adeo quod quarto kalends die Jacobus Crematay Pastor Hembacensis antiquus me, me causā morbi, quo conflictatur, παραλύει, manuum et brachiorum